

c. vide My
rep. sect. 13.

184

Caspri Bauhini

Sunt autem alia c. simplicis, alia composita. Simplicia ex solius medicamenti simplicis decocto aut succo, & saccharo seu melle, aliisque humore mixto parantur, ut exempli gratia. Lohoch de squilla, è succi squillæ & mellis despumati æquis partibus simul coctis conficitur. Sic Lohoch de caulisbus è succo cauli, cum sapa vini & melle conficitur. Sic Lohoch de psyllio e mucilag. sem. 3 ii. & sacchari clarificati lib. i. quod acres delabentes humores inspissat. Sic de tussilagine, ex radic. decoctæ contusæ lib. i. & mellis lib. ii. ecclegma abstergens conficitur: pari pacto Lohoch de althea.

Composita vero fructus, gummata & aromata recipiunt: Fructus sunt vuæ passæ, ficus, dactyli, iuiubæ, lebesten. Sic semina frigida maiora, maluæ, bombacis, papau. albi. Succi, ut succus de liquirit. de squilla, de brassio, de hyssopo. Gummata, gummitragacanth. Arabicum. Species, ut diatragacanth. frigid. de penidiis. Sic syrapi, violatus, de tussilagine, hyssopo, de iuiubis, de papau. diacodion. Conseru. violar. rosar. scabiosæ, tussilaginis, enulæ, nenupharis, saccharum item candum, rosaceum, penidium. Fiunt autem ex his contusis & melle aut saccharo coctis, aut syrupo aut mucilagine accommodata, excipiuntur ad medium consistentiæ in mellis, aut pulvis instar. Rursus alia sunt in officinis usitata, alia vero magistralia. In officinis habentur ecclegmata de nucleis pini, quo utimur in asthmate ad crassos & lento humores incidendos & detergendos, ad quod etiam valet Lohoch ad asthma dictum. Idem præstat, sed efficacius